I. N. D. N. J. C.

Προοίμιον.

LIcet multa ſint, imò innumera ferè portatu difficillima onera, quibus Sponſam à Sponſo ſuo Chriſto gratiſſimâ pariter ac pretioſiſſimâlibertate donatam Eccleſiam, putaN. T. Evangelicam, Eccleſia, apoſtatica (*Romanum Pontif. cum juratis ſuis intelligo*) ceu jugo ἀβαστάκτῳ gravare, non tantum auſu infelici præſumpſit, verum etiam, quantum quidem in ipsâ erat, reapſe infeliciſſimè gravavit, inter omnia tamen locum facilè primum, vel ſaltem à primo proximum, ſibi vendicat iſtud graviſſimum, & plusquam importabile onus, quod Miniſterio Eccleſiaſtico, eique univerſo, per interdictum conjugii, ſtatûs in ſe Sanctiſſimi, Deoque acceptiſſimi à *Concilii Tridentini* Patribus, bruto licet, horrendo ta-